FRANCKESCHE STIFTUNGEN

DFG

6. Epistolar

Brief von August Hermann Francke an Samuel Urlsperger.

Francke, August Hermann

Halle (Saale), 08.05.1718

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-8383

Visual Library

A 171

Copia litterarum ad Dr. Urlspergerum.

Vir Summe reverende ob crucem Christi!

161 8 V 1718

Tuas et ad Neubauerum et ad me datas recte accepimus. Ob Würtenbergiam ob Serenissimum et Serenissimam, ob bonos omnes ~~sua~~ atque singulos, notos mihi ignotosque in Würtenbergia, quid? quod ob ecclesiam totam Euangelicam doleo te functionibus Tuis esse solutum; Tibi autem de cruce Christi et de secutura eam gloria impensissime gratulor. Mortuus d. 6. Maj. a. c. noster Toellnerus cras humandus, quem et ipsum fidelem Dei servum et a functione sua pastorali ab ingrato mundo remotum, vna cum uxore et septem liberis, ante hos 21. annos ipso Mense Maji in sinum et complexum meum recepi. Veni tu etiam, Mi frater, cum uxore et liberis ad nos; dabo quod agas. Nec otiosior nec infructuosior apud nos eris, quam fuisti in patria. Honores restituere tibi nequeo: sed summo Tibi honori inposterum erit, a mundo esse reiectum. Aber ich will meinen bissen brod mit ihm und seinem weibe und kindern theilen, daß ihr nicht hunger leiden sollet. Quid? si ego moriar? si mihi paria sint adversa subeunda? Vivit Dominus, qui me et vos omnes creavit, redemit,

sanctificavit. Is nos aut in coelum recipiet, aut superstites alet. Est Pater omnipraesens, et ubi is, ibi patria. Saluta, quos nosti a me in Dno amari omnes atque singulos, quantum fieri potest, ac affirma iis ore ac per literas, licet obruar laboribus, ut ad literas respondere ex voto nequeam, me tamen eos in corde meo habere et in intimis visceribus diligere. Gott mache alle Worte, die ich zu ihnen geschrieben und geprediget habe, zu Feuer und Flammen der wahren Gottes- u. Nächsten-Liebe und des lebendigen Vertrauens auf seine Hülffe in ihrer aller Seelen. Vale et nemo auferat gaudium in Domino a corde tuo. Amen.

Tuus

Hal. d. 8. Maj. 1718.

Augustus Hermannus Francke.

A 171

Copia litterarum ad Dn. Vrlspergerum.

Vir Summe reverende ob crucem Christi!

161 8 V 1718

Tuas et ad Neubauerum et ad me datas recte accepimus. Ob Würtenbergiam ob Serenissimum et Serenissimam, ob bonos omnes ~~fua~~ atque singulos, notos mihi ignotosque in Würtenbergia, quid? quod ob ecclesiam totam Evangelicam doleo te functionibus Tuis esse solutum; Tibi autem de cruce Christi et de secutura eam gloria impensissime gratulor. Mortuus d. 6. Maj. a. c. noster Toellnerus cras humandus, quem et ipsum fidelem Dei servum et a functione sua pastorali ab ingrato mundo remotum, una cum uxore et septem liberis, ante hos 21. annos ipso Mense Maji in sinum et complexum meum recepi. Veni tu etiam, Mi frater, cum uxore et liberis ad nos; dabo quod agas. Nec otiosior nec infructuosior apud nos eris, quam fuisti in patria. Honores restituere tibi nequeo: sed summo Tibi honori inposterum erit, a mundo esse reiectum. Aber ich will meinen Bissen Brod mit ihm und seinem Weibe und Kindern theilen, daß ihr nicht Hunger leiden sollet. Quid? si ego moriar? si mihi paria sint adversa subeunda? Vivit Dominus, qui me et vos omnes creavit, redemit,

ſanctificavit. Is nos aut in coelum recipiet, aut ſuperſtites alet. Eſt Pater omnipraeſens, et ubi is, ibi patria. Saluta, quos noſti a me in Dño amari omnes atque ſingulos, quantum fieri poteſt, ac affirma iis ore ac per literas, licet obruar laboribus, ut ad literas reſpondere ex voto nequeam, me tamen eos in corde meo habere et in intimis viſceribus diligere. Gott mache alle Worte, die ich zu ihnen geſchrieben und geprediget habe, zu Feuer und Flammen der wahren Gottes- u. Nächſten-Liebe und des lebendigen Vertrauens auf Deine Hülfe in ihrer aller Seelen. Vale et nemo auferat gaudium in Domino a corde tuo. Amen.

Tuus

Hal. d. 8. Maj. 1718.

Auguſtus Hermannus Francke.